flora konnte ich keinen Milchsaft in den Blättern finden, so dass also die beschriebene Eigenthümlichkeit nicht der ganzen Gattung *Psoralea* zukommt.

Wir haben in diesem eigenthümlichen Vorkommen von Milchsaftzellen einen weiteren Beitrag zu der Erkenntniss, dass der Milchsaft sich in den verschiedenartigsten Geweben und Zellen des Pflanzenkörpers findet.

Bonn, den 8. Februar 1866.

Erklärung der Figuren.

Psoralea hirta:

Fig. 1. Ein Blatt in natürlicher Grösse.
Fig. 2. Horizontaler Schnitt der Blattoberhaut.
Fig. 3. Querschnitt durch das Blatt, mit einem Milchsaftbehälter.
Fig. 4. Theil eines ähnlichen Querschnittes, mit einer unverletzten und mehreren zerschnittenen Milchsaftzellen, aus denen der Milchsaft ausgeflossen.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. Continuatio. Scripsit W. Nylander.

Varia ultimis annis additamenta ad Lichenographiam Europae obtuli atque nonnulla novissime in Flora 1865, Nr. 39. Hic novitias quasdam addendi venia detur.

1. *Lecidea microphaea* Nyl.

Thallus obsoletus macula alba indicatus vel vix ullus; apothecia pallido-fuscescentia vel obscure testaceo-rufescentia minuta (latit. 0,15—0,25 millim.) plana vel concaviuscula, obtuse marginata, humida tota hyalino-pallida; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,005 millim., paraphyses discretae, epithecium luteo-fuscescens, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde mox vinose rubens.

In Finlandia, Tavastia, legit J. P. Norrlin (1865). Supra *Polyporum fomentarium* vetustum, socia *Arthoniae patellulatae* var. *tenellulae.*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0086-7

2. *Lecidea chlorotiza* Nyl.

Thallus cinereo-virescens tenuis subleprosus effusus; apothecia carneo-flavida convexiuscula vel convexa (latit. 0,4—0,6 millim.) immarginata (solum juvenilia margine obtuso), intus incoloria; sporae 8nae incolores oblongae vel oblongo-fusiformes 1-septatae, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,002—3 millim. (rarius simul subbacillares et longitudinis usque 0,014 millim.), paraphyses gracilescentes vel non bene discretae, epithecium, hymenium et hypothecium incoloria. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde mox violacee tincta vel violaceo-obscurata.

Ad corticem ulmi prope Clifton in Anglia (Larbalestier, 1865).

Facie est *Lecideae luteolae* var. *chloroticae* Ach., sed affinitate accedit ad *L. globulosam* Flk.

3. *Lecidea chloroticella* Nyl.

Thallus obscure virescens tenuis regulosus, vel inaequalis tenuissimus; apothecia albido-flavescentia parvula (latit. fere 0,25 millim.) planiuscula immarginata, intus incoloria; sporae 8nae incolores oblongae 1-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses non discretae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente coerulescentia).

In Finlandia media, Tavastia, supra pileum vetustum *Polypori ignarii*, legit Norrlin.

Affinis est *L. cyrtellae* et fortasse modo ejus varietas, attamen satis distincta.

4. *Lecidea haematomela* Nyl.

Thallus macula alba vel albida subeffusa vel vage determinata indicatus; apothecia nigra vel nigricantia, sat parva (latit. 0,5 millim. vel saepe minora), plana, marginata, intus pallescentia; sporae 8nae incolores bacillares 3-septatae, longit. 0,016—25 millim., crassit. 0,002—3 millim., paraphyses discretae mediocres apice incrassato violaceo-rubente (inde epithecium violaceo-rubens), hypothecium saltem leviter violaceo-fuscescens. Gelatina hymenea iodo vinose rubescens (praecedente coerulescentia).

Prope Onegam lacum, Petrosavodsk, legit ad corticem pini Th. Simming (1863).

Forte tantum varietas *L. bacilliferae*, notis tamen allatis

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0087-3

haud parum distincta notabilisque epithecio (lamina tenui) vinose rubescente, qui color etiam in hypothecio nonnihil apparet [1]).

5. *Verrucaria mesobola* Nyl.

Thallus albidus tenuis effusus, hypothallo parum visibili fusco-nigricante; apothecia perithecio integre nigro prominula mediocria (latit. circiter 0,15 millim.); sporae 8nae incolores oblongae simplices (aut obsolete vel tenuiter 1-septatae), longit 0,023—30 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses nullae. Gelatina hymenea iodo non tincta.

Legi prope Barèges in Pyrenaeis supra muscos, altit. 1800 metr. supra mare.

Facies *Verrucariae epigaeae* var. *bryinae*, sed subdivisionis propriae inter Verrucarias.

6. *Verrucaria antecellens* Nyl.

Similis *V. epidermidis* f. *Tremulae*, sed sporis (ovoideo-oblongis 1-septatis) multo majoribus, longit. 0,032—35 millim., crassit. 0,009—0,011 millim.; paraphyses graciles vel vix ullae.

Ad corticem Ilicis in Anglia, Sussex, legit Larbalestier.

Varietas sit *Verrucariae epidermidis*. Apothecia conferta sat parva.

Lecidea expansa Nyl. in Leight. L. Brit. exs. 186, memorata in Flora 1865, p. 355, non omnino eadem est ac americana corticola *L. myriocarpoides* Nyl. in litt. ed Tuck.; hoc corrigere liceat ex examine accuratiore. *L. myriocarpoides* thalamium habet dilute lutescens et epithecium luteo-fuscescens; in dicta *L. expansa* thalamium est subincolor, epithecium nigricans; etiam thalli et hypothecii differentiae obveniunt. Ob nomen *expansa*

1) Inter lichenes ad Onegam a praestantissimo Simming anno 1863 detectos citentur hic *Pilophoron fibula* (Ach.). *Lecanora Heppii* (Naeg.) insignis et *Lecidea fossarum* Duf. Frustra omnino, nisu cognito semper eodem, credentibus hoc nomen illustris Dufourei delendum esse monetur et contenditur id utpote nomen manu scriptum vel solum in herbariis datum nullius juris esse. Facile e Lichenographia reformata p. 264 patet, lichenem Dufourei *L. fossarum*, herbariis variis distributum jam eo tempore, ibi pro viribus descriptum esse; dicitur forma *Biatorae vernalis* „aberrans apotheciis immarginatis magis diaphanis, thallo gelatinoso laevi viridi-griseo, in terra uda pingui." Nullam nec pleniorem nec meliorem definitionem conscripsit auctor Lichenographiae reformatae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0088-9

alii ante datum a Chevalier mutandum, proponere liceat ejus loco novum. Dicatur tum nostra *expansa* posthac *Lecidea expansa*. Male ad hanc *dispansam* relata fuit *L. sylvicola* Flot., Krb. Lich. sel. 75, cui apothecia vulgo convexa, thalamium (lamina tenui visum) coerulescens, epithecium non obscuratum, hypothecium medio nigricans, gelatina hymenea iodo vinose rubens, spermatia tenuiora, etc.; ita differentiae plurimae.

Lecidea trigemmis Stzb. in Flora 1865, p. 490, non videtur nisi forma ecrustacea sic dictae *Bilimbiae lecideoidis* Anzi [1]). Nomen *L. trigemmis* ambabus conservandum est; convenit satis cum *L. arthoniza* Nyl. (quam identicam esse perperam putavit Dr. Stizenberger cum lichene Anziano), at differt praecipue apotheciis minoribus, paraphysibus apice magis nigricantibus, gelatina hymenea iodo vinose violacea vel vinose rubente (praecedente coerulescentia). In *L. arthoniza* gelatina hymenea iodo non tincta (solum thecae vel totae vel saltem intus vinose violacee rubescentes [2]).

Giuseppe Gibelli: Ueber die Reproduktionsorgane der Gattung Verrucaria.

Aus dem Italienischen des Bandes I. der Abhandlungen der Ital. Gesellschaft für Naturwissenschaften (Mailand 1865) übersetzt von A. v. Krempelhuber in München.

(Fortsetzung.)

Unter den wenigen Arten mit bilocularen Sporen ohne Paraphysen habe ich ganz bestimmt als hermaphroditisch gefunden die *Pyrenula olivacea* Schaer. (in miss. ad Garov.), die *V. olivacea* Gar. (in herb.), die *Acrocordia decussata* Krplhbr. (Rabenh. exs. N. 646); *Sagedia olivacea* Fr. (Anzi Lich. longob. exs. Nr. 408). — Unter den Arten mit quadrilocularen (steinbewohnend), weiten, nicht spindelförmigen Sporen habe ich als Hermaphroditen angetroffen: alle Varietäten der *V. Pseudo-Du-*

---

1) Obiter hic observare liceat, sic dictam Bacidiam lecideoidem Haszl. sistere primitivam meam *A. vermiferam* Holmiensem etiam in Gallia obviam.

2) Forsan hic corrigendi venia detur quod legitur in notula mea de perithecio in Flora 1865, p. 568. Ibi linea 21 verba „modo omnino contractum" legenda sunt: modo epithecium habens omnino contractum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0089-7

simul sporas crescentes seque multiplicantes (sicut sic dicta *Torula Cerevisiae*) amyli granula sensim tamquam alimentum consumere. Sic etiam hoc heterogenescos exemplum valde vacillans habere liceat.

De Cephalodiis in Peltidea venosa. Scripsit W. Nylander.

Jam in scriptis meis *cephalodia* plurifaria apud Lichenes indicavi, sicut granuliformia in *Lecidea panaeola*, placodioidea in *Placopsibus*, fruticulosa in *Sticteis* certis; praeter alia jam partim cognita, sed anatomice neglecta, apud *Stereocaula*, *Usneas* etc. Omnia haec in pagina supera vel extera thalli occurrunt. Deinde indicavi, etiam cephalodia peculiaria pyrenodea adesse in *Sticteis* quibusdam et in *Nephromate expallido*, et quidem in pagina infera thalli eorumdem; „pyrenodea" dixi ob formam imitantem apothecia pyrenocarpea obtecta.

Apud *Peltideam venosam* (ob gonidia sua separandam a Peltigeris) in pagina thalli infera et saepissime supra nervos fuscos tomentosos videre licet cephalodia granula referentia cartilaginea glauca vel glauco-cinerea (aut demum obscurata vel nigricantia) parva (vulgo latit. 0,2—0,5 millim.) superficialia, subglobosa vel depressiuscula, haud raro conferta. Terram spectant, cui adnascitur hic lichen. Granula gonima [1]) continent mediocria et moniliformi-conjuncta in textura cellulari tenui.

1) Gonimia unico vocabulo dici possunt granula gonima, ut distinguantur a gonidiis veris. Forte quoque typus proprius gonidiorum, qui observatur in Peltideis, Solorinis, *Nephromate expallido*, nomen mereatur suum proprium; dicantur tunc haec gonidia parva et pariete cellulari tenui munita *Leptogonidia* (vel etiam nomen *Gonidimia* proponi possit).

Corrigenda.

Pag. 87. lin. 2. lege l.: Dicatur t. n. *expansa*: *Lecidea dispansa*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0118-4

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1866

Band/Volume: 49

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 84-87